



**Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi**

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos  
Distributa

**Ilsung, Jakob**

**Dilingæ, 1693**

Meditatio CCXXXVI. De Paralytico sanato.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

Filiū DEI ab ipſis dæmonib⁹ proclaimatum , à ſe mo  
repellunt , dum rogan⁹ , & impetrant ejus diſce- pre  
sum. O quoties tu propter coimmota tua , & re em  
viliffimas , à te DEV⁹ , Bona Cælestia , Illustratione  
Divinas &c. repulisti ! quoties nociva petivisti ! & ag  
felix , ſi non impetrāsti ! Et rurſum felix es , quia pe  
tiūſti , ac inpetrāsti , ut eſſes cum JESV in ejus Servi  
tio , & Societate ; quod non ſolūm præfato homini  
ſed innumeris alijs dignioribus , & aptioribus , atq[ue] ter  
in Virtutis ſtadio ampliores progressus facturis ne  
gatum eſt.

## M E D I T A T I O CCXXXVI

*De Paralytico sanato.*

Matth. 9. Marc. 2. Luc. 5.

**P**UNCTUM I. *Et ascendens in naviculam transfretavit*  
*& venit in civitatem suam ( id eſt Capharnaum, Pra-*  
*dicationis ſuæ ſedem præcipuam in Galilæa , ut pati-*  
*ex S. Marco c. 2. v. 1. ) Et ecce ! afferebant ei para-*  
*ticum in lecto. Matth. 9. v. 1. Quod , quomodo factu-*  
*ſit, deſcribit S. Marcus v. 2. Auditum eſt , quod in don-*  
*eſſet , & conveſerunt multi , ita ut non caperet neque ad i-*  
*nuam , & loquebatur eis verbum. Et veneſunt ad eum ſi-*  
*rentes paralyticum , qui à quatuor portabatur. Et cu-*  
*non poſſent offerre illi p̄turba , nudaverunt teclum , u-*  
*erat : & pateſcientes ſubmiferunt grabatum , in quo pa-*  
*lyticus jacebat. Paralyticus , uſu membrorum deſtutus ,*  
*designat hominem , non utentem membris , & viribus ad bene operandum. Ad hujus emen-*  
*ationem cooperantur quatuor bajuli , quorum mo-*

moriā demittimur, humiliamur, & ad pedes JESV prosternimur, ut veniam peccatorum, ac temporis emendationem nobis largiatur, utque ad bona opera agiliores reddamur. Primus est Mors certissima, tempore incerto, & forsan brevi eventura. Secundus, Extremum Judicium, in quo temporis, & talentorum neglectorum erit reddenda accurata ratio, & omnes etiam justitiae nostrae judicabuntur. Tertius, Poenæ Inferni, quas sœpe promeriti sumus, & quarum remissionem nunquam sati grati ullis operibus exolvemus. Quartus, præmium Regni Cælorum, cuius Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram Gloriam, quæ revelabitur in nobis. Rom. 8. De his diligenti memoria recolendis admonet nos Sapientissimus Ecclesiasticus cap. 7. v. 40. In omnibus operibus tuis memorare Novissima tua, & in æternum non peccabis.


PUNCT. II. Cùm autem vidisset JESVS Fidem illorum, ait paralytico: fili, dimitteuntur tibi peccata tua. Erant autem illuc quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis: Quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus DEVS? Quo statim cognito i E-SVS Spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dixit illis: quid ista cogitatis in cordibus vestris? Marci. 2. à v. 5. Tria hic perpendenda sunt. 1. sicut Christus prius contulit Sanitatem Animæ per dimissionem peccatorum, quam sanitatem corporis; sic prius illam singulari Virtutum studio procurandam, & à Deo petendam esse, quia ad Æternam Vitam conductit, & ad temporalem promerendam disponit. Ideo Christus Luc. 12. v. 31. dixit: Quærite primò Regnum DEI, & Justitiam ejus, & hæc omnia adiacentur vobis. 2. Considera,

D

per

per Scribas sedentes designari illos , qui non tantum  
ipsi in Virtute non progrediuntur , sed in hoc se sa-  
pientes & perspicaces putant , si aliorum facta & di-  
cta in malam partem trahere queant . 3. si ipsa A-  
terna Sapientia Patris sinistra hominum judicia evi-  
tare non voluit , etiam nobis pro minimo esse debere  
si judicemur ab humano die , ut loquitur Apostolus  
1. Cor. 4. v. 3. Solùm itaque nobis cavendum est  
Divinis Judicis Supremi judicijs ; quia ipse novit , qui  
cogitemus in cordibus nostris : ipse enim Scrutato-  
cordium & renum , sive appetituum nostrorum est .

PUNCT. III. *Vt autem sciatis , quia Filius Hominis  
habet potestatem in terra dimitendi peccata , ait paralyticis  
Tibi dico , surge , tolle grabatum tuum , & vade in domum  
tuam.* Marc. 2. Vel ut vers. 9. dixit: *Et ambula.* Ti-  
per hæc verba dicitur: *Surge à peccatis & à langu-  
re animi tui: Surge , qui dormis , & exurge à mortuis ,*  
*illuminabit te Christus.* Ephes. 5. v. 14. *Tolle grabatum*  
pravarum consuetudinum , in quibus depositus  
ces , & te dignum reddis vituperio Proverb. 10. v.  
*Qui autem sterit aestate* ( tempore ad bene operandu-  
concesso ) *filius confusionis.* *Et ambula de Virtute*  
*Virtutem , donec pervenias in Domum Æternitatis*  
*Habitationis , & impleas illud Psalmistæ Vaticu-  
nium.* Ps. 83. v. 8. *Ibunt de Virtute in Virtutem.* *Vide-*  
*tur DEVS Deorum in Sion.*



MED